et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper perem
ptorios vera infirmitate pro maiori manuteneritate successorum legatione
intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad evictione
vel alijs quibusuis Dilationibus et Legalibus impedimentis non
differendo. Ad Quietationem praeterea ultra proximos officij Castri Cra
strensis Capitaneatus Premysliensis Terminos Dilationem sibi non recipi
endo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faci
endo, ac praemissa omnia poenis, singulatibus, vel triplicatis eviaso
nibus suis pensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, con
ventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subter
fugiendo nec quovis alio modo evadendo. Ac sua praesenti persona
in Recognitione ad praemissa mediante.

Idem Gnosus Tarlo Consorti sua Reformat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensi
Capitan. Premyslien. Gnosus Nicolaus Joannes de Szczekarzewice
Tarlo olim Magnifici Sigismundi de eadem Szczekarzewice Tarlo, Castellani
Premyslien. cum Magnifica olim Helisabetha de Sztemberk Kostczanka
procreatus Filius sanus mente et corpore existens a terris districtibus Iuribus
Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Prae
senti vero Castrensi Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quoad Actum
hunc attinet secum successoribus ac bonis suis Generaliter omnibus
totaliter et plenarie in corporando atque subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognouit. Quia ipse de manibus Gnosae Catherinae in Ostrow
olim Gnosi Stanislai de Raciborsko Morsztyn Tribuni [illegible] Consortij
derelictae viduae summam Triginta millium Florenorum polonicalium post
Generosam Helenam de Raciborsko Morsztynowna privignam olim Generosi
Stanislai Morsztyn Tribuni Sendomiriensis cum praedicta Generosa Catha
rina in Ostrow Consorte ipsius procreatam Filiam sui vero recognoscen
tis Consortem Legitimam ipsam in vim dotis et expeditionis de bonis mater
nis

nis Concernend. tulit levavit et realiter percepit atq in domum suam importavit Quam quidem summam supra scriptam Triginta millium Florenorum Polonicalium idem suprascriptus Generosus recognoscens eidem praenominatae Generosae Helenae de Raciborsko Morztynowna Consorti suae legitimae et ipsius posteris ratione vera dotis et expeditionis post ipsam accepta et in domum suam importatae, Nec non et aliam similem summam Triginta millium Florenorum polonicalium ratione, certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij inscripsit supertota et integra Medietate bonorum suorum Generaliter omnium haereditariorum et obligatariorum mobilium et immobilium summarumq quarumvis pecuniariarum nec non auri argenti clenodiorum unionum margaritarum vestium vestimentorum stanni, aeris, cupri, orichalci pecorum pecudum equorum Equiriae, ac totius supelectilis domesticae nunc habitae et in posthabendae dedit, dotavit, dotaliciavit, inscripsit et reformavit prout dat, dotat, dotaliciat inscribit et reformat praesentibus per ipsam Generosa Helenam de Raciborsko Morsztynowna sui recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros ad eandem Medietatem bonorum suorum Generaliter omnium cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus Competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore et more aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum. Ac sua praesenti personali Recognitione ad Sponsa mediante.

Gnosorum Parly coniugum mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemysliensibus Gnosi Nicolaus Ioannes de Scarbimiricze Parlo olim Magci Sigismundi de eadem Scarbimiricze Parlo Castellani Praemysliensis, cum Magca olim Helisabetha de Sczemberk Kosteranka consorte ipsius procreatus filius ab una et Helena de Raciborsko Morsztynowna olim Gnosi Stanislai de eadem Raciborsko Morsztyn Tribuni Sendomiriensis cum Dna Catharina in Ostrow consorte eius procreata filia parte ab altera Coniuges legitimi Sanimentibus et corporibus existentes Seinde